LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 60r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

cum corpore intereat: necesse est; Iam superius dixi differre melius huc
locum & operi ultimo reseruare: ut hanc epicuri persuasionem: sive
illa democriti sive diceaarci fuit. & argumentis & diuinis testimo
nijs redarguam: Verum ille fortasse impunitatem uitijs suis spospo
dit: sunt ut turpissime voluptatis assertor: cuius capiende causa: nasci
hominem putauit: Quis cum hoc affirmari audiat: uiaqs & sederibo
abstineat: Nam si perituri sunt animi: appetamus diuicias: ut omnes
voluptates capere possimus: Quesi nobis desunt: ab his: qui habent au
feramus clam dolo: ui. eo magis: si humanas res: nullus deus curat:
Quicunq; spes impunitatis arriserit: rapiamus: nece est: Sapientis en
est malefacere: si ut utile sit & tutum: Quoniam si quis in celo deus est:
non iniuriatur cuiq: eque stulti est bene facere: Quia sicut ira non mouet.
ira nec gratia tangitur: Voluptatibus igitur: quo possumus: seruiamus:
Breui enim tempore erimus omnes: Ergo nullum diem nullum denique tempus
punctum fluere nobis sine voluptatibus patiamur: Ne qua ipsi quoque pitu
ri simus: id ipsum: quod uiximus: pereat: Hoc ille tam & si non docet: ubo:
dicit ubo: re tamen ipsa docet: Nam cum disputat omnia sapientem sua ca
facere: ad utilitatem suam refert omnia: quid agit: Sed qui uult hec fugitiua
nec bona quicq; faciendum putauit: Quoniam bene facere ad utilitatem spec
tat alienam: nec a scelere abstinendum: Quia maleficio preda comite
ti est: Archipirata quisq; uel latronum ductor si suos ad grassandum
cohortetur: quo alio sermone uti potest: quam ut eadem dicat: que dicit Epi
curus: Deos nihil curare: Non ita non grauiter tangit inferorum penas
non esse metuendas: quia anime post mortem occidant: Nec illi omno
sint inferi. voluptatem esse maximum bonum. nullam esse humanam
societatem. sibi quemq; consulere: nemine esse qui alterum diligat: nisi
sua causa mortem non esse metuendam forti uiro: nec ullum dolorem:
Quum & si torqueatur. si uratur. nihil curare sed dicat: Est plane cur qs
q putet hanc vocem viri esse sapientis: que potest latronibus aptissime
commodari:—

Alij autem contraria his dixerunt: sunt esse animas post mor
tem. & hi sunt maxime pythagorici ac stoici: quibus & si ig
noscendum est: quia verum sentiunt: non possum tamen no
reprehendere eos: qui non scia: sed casu inciderunt in veritatem. Stoici in
corpso quod recte sentiebant: aliquid erraruit: Nam cum timerent
argumentum illud: quo colligitur necesse esse: ut occidant anime cum
corporibus. Quia cum corporibus nascuntur: dixerunt non nasci cum